

TRANSCRIPTION AND TRANSLATION OF
GILES OF ROME'S *WHAT IS THE MIDDLE TERM IN A DEMONSTRATION?*

Quaestio quid sit medium in demonstratione¹

What is the Middle Term in a Demonstration?

Aegidius Romanus

Giles of Rome

- 1.00 Quaestio est quid sit medium in demonstratione, et videtur quod definitio subiecti
- 1.01 Nam omnis syllogismus constans ex propositionibus per se et necessariis videtur esse demonstration. Sed in syllogism, ubi definitio subiecti ponitur medium, tales propositiones habent esse quae sunt per se et necessariae. Ergo etc.
- 1.02 Praeterea: Demonstratio est per causam. Sed natura subiecti est causa omnium accidentium quae sunt in subiecto. Cum igitur definitio naturam exprimat, definitione subiecti poterit esse medium ad demonstrandum omnia quae demonstrantur de subiecto.
- 1.03 Praeterea: Syllogismus constitutus ex propositionibus, ubi definitio subiecti ponitur medium, aut erit syllogismus dialecticus aut demonstrativus aut sophisticus. Non sophisticus, quia est ex veris procedens, non peccans in forma. Nec dialecticus, quia non est ex probabilibus, sed ex necessariis. Erit igitur demonstrativus. Ergo etc.

The question is 'what is the middle in a demonstration?', and it seems that <it is> the definition of a subject.

For every syllogism composed of necessary and *per se* propositions seems to be a demonstration. But in the syllogism where the definition of the subject is posited as the middle, such propositions have being which is *per se* and necessary. Therefore, etc.

Furthermore, a demonstration is through a cause. But the nature of the subject is the cause of all the accidents which are in the subject. Therefore, since the definition expresses <that> nature, the definition of the subject will be a middle for demonstrating everything which is demonstrated of a subject.

Furthermore, a syllogism constituted of propositions, where the definition of the subject is posited as the middle, will be either a dialectical syllogism or a demonstrative syllogism or a sophistical syllogism. It is not sophistical, because it proceeds from truths, not erring in form. Nor will it be a dialectical syllogism, because it is not from probable <propositions>, but from necessary

¹ Edited by Jan Pinborg in J. Pinborg, "Diskussionen um die Wissenschaftstheorie an der Artistenfakultät", *Die Auseinandersetzungen an der Pariser Universität im XIII. Jahrhundert*. (Miscellanea medievalia, 10), ed. A. Zimmermann, Berlin-New York 1976, 240–268.

- <propositions>. Therefore it will be a demonstrative syllogism. Therefore, etc.
- 1.04 Praeterea: Principium in demonstratione est medium demonstrativum, quid per medium quasi per causam et principium demonstratio concludit. Sed dicitur in I. De anima: quod-quid-est subiecti principium est omnis demonstrationis. Ergo etc.
- 1.05 Praeterea: Definitio dicens propter quid passionis dicitur medium in demonstratione. Sed definitio subiecti hoc videtur habere, quia comparata ad subiectum est definitio, comparata ad passionem dicit propter quid. Ergo etc.
- 1.06 In contrarium est, quia medium et id per quod concluditur debet esse eiusdem rationis cumeo quod concluditur. Cum ergo accidens concludatur, oportet medium non habere rationem substantiae. Non erit ergo definitio subiecti medium, set aliqua passio.
- 1.07 Praeterea: Dicitur II. Posteriorum quod ratio primi termini est medium in demonstratione. Sed primus terminus est maior extremitas. Cum igitur passio sit maior extremitas, definitio passionis erit medium in demonstratione. Non ergo definitio subiecti.
- Furthermore, the first principle in a demonstration is a demonstrative middle, because through a middle as through a cause and a first principle a demonstration concludes. But in De Anima I, it is said <that> the “what it is” of a subject is the first principle in every demonstration. Therefore, etc.
- Furthermore, the definition expressing the *propter quid* of an attribute is called the middle in demonstration. But the definition of the subject seems to have this, because relative to a subject it is a definition, relative to an attribute it is a *propter quid*. Therefore, etc.
- On the contrary is <this argument>, because a middle, that is, that through which <a demonstration> is concluded, ought to be of the same account as that which is concluded. Therefore since an accident is concluded, it is necessary that the middle not have the account of a substance. Therefore the middle will not be the definition of the subject, but <it will be> some attribute.
- Furthermore, it is said in book 2 of the Posterior Analytics that the account of the first term is the middle in demonstration. But the first term is the extreme of the major. Therefore, since an attribute is the extreme of the major, the definition of an attribute will be the middle in demonstration. Therefore it <will not be> the definition of the subject.

1.08 Ad istam quaestionem est dicendum, quod si volumus bene videre quid sit medium in demonstratione, cum non demonstrentur de subiecto nisi quae subiecto insunt, oportet nos videre qualiter habent ordinem ea quae in subiecto sunt, et ordine inspecto apparebit, quae per demonstrationem concluduntur, et quid est medium in demonstratione, et quae solum virtualiter demonstrationem ingrediuntur, et quae demonstrationi sunt inutilia.

<De Natura>

2.01 Propter quod notandum quod in supposito vel in subiecto aliqua sunt considerata primo, scilicet natura et esse. Est autem in omni subiecto, de quo aliqua demonstrantur, duplex natura, forma scilicet et materia. Nam si reperiantur aliquae substantiae, quae sunt ipsae formae per se existentes, de eis propriae passionis non demonstrantur nec aliquid de eis demonstratur. Nam scientiae particulares quarum proprium est demonstrare non se extendunt usque ad considerationem talium substantiarum, saltem ut substantiae sunt, licet aliqua de eis consideret ut motrices existunt. Metaphysicus autem qui de illis considerat non directe demonstrat, sed modus suus est declarare et investigare naturas et quidditates rerum. Igitur de illis substantiis separatis non est demonstratio. Et si aliquando videatur quod demonstrative probantur esse per effectus inferiores, non proprie esse per tales demonstrationes probatur de eis, sed solum ostenditur, quod propositio illa est vera, in qua dicitur quod substantiae separatae sunt. Nam ipsum primum probatur esse, non tamen esse de eo probari potest, cum esse suum sit idem quod ipse. Igitur

To that question, it must be said that if we want to see well what is the middle in a demonstration, since nothing except that which is in a subject is demonstrated of a subject, we need to see how those which are in a subject have their order, and, through an inspection of that order, it will be clear which <in that order> is concluded through demonstration, and what is the middle in demonstration, and which alone enter into demonstration virtually, and which are useless in demonstration.

<On Nature>

On account of which it must be noted that in a supposit or in a subject some things must be considered first, namely, nature and being. However, there are two natures in every subject about which something is demonstrated, namely, form and matter. For if some substances were sought that are those forms existing *per se*, neither proper attributes nor something <else> would not be demonstrated of them. For the particular sciences of which demonstration is proper do not extend themselves at all to the consideration of such substances, at least insofar as they are substances, though to some extent one could consider them as they exist as motive agents. However, the metaphysician who considers such things does not demonstrate directly, but his own method is to clarify and investigate the natures and quiddities of things. Therefore, there is no demonstration concerning these separate substances. And if sometimes it might seem that they are demonstratively proved to be through inferior effects, the being of these <substances> is not properly proved through such demonstrations, but it is only indicated that that sentence is true, in which it is said that there are separate substances. For that first being is proved, yet being

demonstrationes secundum quod hic accipimus non se extendunt nisi ad ea quae secundum esse a sensibus non sunt separata. In illis autem, ut dicebatur, est illud quod per se et primo dicitur natura sicut forma, et illud quod dicitur natura quia formam suscipit, ut in V. Metaphysicae est declaratum. Et sicut in huiusmodi substantiis duplicem naturam aspicimus scilicet formam et materiam, ita in eis conspicimus duo genera accidentium, unum genus quod consequitur formam et aliud genus quod consequitur materiam. Accidentia autem quae consequuntur formam sunt accidentia per se, quia consequuntur rem secundum suam formam, quia secundum suam naturam, quae natura directe dicitur de forma. Alia autem accidentia quae sequuntur materiam dicuntur accidentia per accidens, quia per accidens divisum est contra per se. Et sicut ‘aedificator aedificat’. Ista est per se quia est vera ratione formae ut ratione artis aedificativae, sed ‘musicus aedificat’ ista est vera per accidens quia est vera ratione materiae in quantum musica et ars aedificativa in eodem materia habent esse et in eodem subiecto, ita a simili ea quae sunt vera ratione formae dicuntur per se, ea quae ratione materiae dicuntur per accidens. Igitur accidentia quae veritatem et entitatem habent a forma sunt accidentia per se et sunt ea quae demonstrationibus sunt utilia. Ea autem quae sequuntur materiam sunt accidentia per accidens; et quia ex hiis quae sunt per accidens demonstratio non constituitur, demonstrationi talia accidentia inutilia sunt.

is not able to be proved of it since its own being is identical to it. Therefore demonstrations according to the way we here take them do not extend themselves except to those which according to being are not separated from sensible <substances>. Yet in those <substances>, as was said, is that nature which is *per se* and first, just as form, and that nature which is said <to be> from consequence, just as matter, which is called nature to this extent, because it receives form, as was declared in the fifth book of the Metaphysics. And just as in substances of this sort we glimpse a double-sided nature, namely, form and matter, so too in them we see two kinds of accident, one kind which follows form and another kind which follows matter. Moreover, accidents which follow form are accidents *per se*, because they follow a thing according to that thing’s form, because <it follows that thing> according to its own nature, which nature is directly called form. Yet other accidents which follow matter are called accidents *per accidens*, because *per accidens* is a division contrary to *per se*. And just as ‘a builder builds’ is *per se* because it is true by character of a form, as by the account of the art of building, but ‘a musician builds’ is true *per accidens*, because it is true by the character of the matter, in as much as music and the art of building have being in the same matter and in the same subject, so similarly those which are true by the character of the form as called *per se*, those which by the character of the matter are called *per accidens*. Therefore accidents which have truth and being from form are accidents *per se* and are those which are useful for demonstration. Yet those which follow from matter are accidents *per accidens*, and because a demonstration is not constituted from those which are *per accidens*, such accidents are not useful for demonstration.

2.02 Patet ergo quomodo duplex natura existit in re, et quae accidentia naturam sequentia sunt utilia ad demonstrationem et quae non.

<De Esse>

2.03 Verum quia secundum quod restabat considerandum in supposito erat esse, sciendum quod sicut duplex natura existit in supposito, ita existit ibi duplex esse, scilicet esse essentiae et esse actuale. Id autem duplex esse ad demonstrationem comparatum sic se habet quod unum istorum scilicet esse essentiae solum potest aliquantulum medium demonstrationis esse, numquam tamen per demonstrationem concluditur. Aliud autem esse ut actuale solum per demonstrationem aliquantulum concludi potest, numquam tamen erit alicuius demonstrationis medium.

2.04 Primum sic declaratur quia esse essentiae et essentia non differunt nisi sicut rubere et rubor vel sicut aliquid in se acceptum et in supposito consideratum, aut essentia in supposito tria esse. Dicendum est igitur quod cum esse essentiae definitionem ingrediatur, quia id est esse definitivum, et quod per definitionem ostenditur non differt a quidditate rei nisi forte secundum rationem vel secundum quendam modum accipiendi; cum igitur quod-quid-est subiecti formaliter loquendo numquam per demonstrationem concludatur, cum nihil in subiecto sit causa quare ipsum subiecto insit, sed magis ipsa quidditas causalitate praecedat cetera quae in subiecto insunt, nunquam esse essentiae per demonstrationem concluditur per se loquendo, licet forte aliquis

Therefore it is clear how nature exists in a thing in two ways, and which accidents following from nature are useful for demonstration and which are not.

<On Being>

Yet because, as was said, we had to consider being in a supposit, it must be known that just as nature exists in a supposit in two ways, so also being exists there in two ways, namely the being of the essence and actual being. Yet that two-fold being has itself compared to demonstration so that one of them - namely, the being of the essence - can only in some way be the middle of a demonstration, though it is never concluded through demonstration. Yet the other being, as actual, can only in some way be concluded through demonstration, though it will never be the middle of some demonstration.

The first is clear because the being of the essence and <that> essence do not differ except as being red and red or as something taken in itself and considered in its supposit <differ>, or <otherwise> there would be in a supposit three beings. Therefore it must be said that when the being of the essence enters into a definition, because that is definitive being, and that which is shown through a definition does not differ from the quiddity of a thing, unless perhaps according to reason or according to a certain way of taking it; since, therefore, the “what it is” of a subject is never, formally speaking, concluded through demonstration, since nothing in the subject is the cause whereby that [i.e. the “what it is”] is in a subject, but more so that quiddity causally precedes the rest which are in a subject, the being of the essence is

syllogismus possit fieri ad hoc probandum vel concludendum.

2.05 Et licet per demonstrationem esse essentiae non concludatur sive definitio formaliter loquendo non sit demonstrationis conclusio, potest tamen aliquo modo esse demonstrationis medium. Nam cum esse actuale immediate trahat originem a natura rei, cum per causam immediatam possit fieri demonstratio, esse actuale de re, quod non est rei substantia, per quidditatem ipsam poterit ostendi. Unde et Philosophus dicit in II Posteriorum, ‘Necessarium est demonstrare quia est nisi substantia sit’.

2.06 Patet igitur quod per esse essentiae demonstratur esse actuale aliquo modo. Et dico ‘aliquo modo’ quid aliquo modo petitur ibi principium, cum supponatur quod ibi debet probari. Et ideo oportet quod in omni syllogismo probante et inferente conclusio sit alia a qualibet praemissarum. Propter quod oportet medium differre a maiori extremitate et minori. Et si medium est idem quod maior extremitas, tunc conclusio non differret a minori propositione; si autem medium sit idem quod minor extremitas, tunc conclusio non differret a maiori propositione. Et ideo patet falsum dictum eorum qui dicunt quod sufficit quod medium differat a passione sive a maiori extremitate et non oportet quod differat a

never concluded through a demonstration, speaking *per se*, although perhaps some syllogism could come about for proving or concluding this.

And although the being of the essence is not concluded through demonstration, that is, formally speaking, a definition is not the conclusion of a demonstration, yet in some way <that> being can be the middle of demonstration. For since actual being immediately draws an origin out from the nature of a thing, since a demonstration can come about through an immediate cause, the actual being of a thing, which is not the substance of a thing, can be shown through the quiddity <of that thing>. Hence also Aristotle says in the second book of the Posterior Analytics, “it is necessary to demonstrate that it is, unless it is substance.”²

Therefore it is clear that actual being is in some way demonstrated through the being of the essence. And I say “in some way” because in some way one here begs the question, since that which ought to be proved is supposed. And therefore it is necessary that in every convincing and inferential syllogism the conclusion is different from each of the premises. On account of this, it is necessary that the middle differs from the extreme of the major and <from the extreme> of the minor. And if the middle is the same as the major extreme, then the conclusion will not differ from the minor proposition. Yet if the middle is the same as the minor extreme, then the conclusion will not differ from the major proposition. And therefore it is clear that

² Apo II.7 (92b12)

subiecto sive a maiori. Nam si hoc verum esset, non oporteret conclusionem differre a qualibet praemissarum, quod non solum est contra demonstrationem, sed universaliter contra syllogismum.

2.07 Cum igitur definitio subiecti non sit simpliciter altera a subiecto, in tali demonstratione, ubi per esse essentiae vel per quiditatem esse actuale concluditur aliquo modo, secundum rei veritatem principium petitur; propter quod a vera demonstratione deficit.

2.08 Et quia visum est, quod esse actuale per esse essentiae concludi habet, declaratum est primum quod proponeretur de esse actuali, scilicet quod per demonstrationem concludi poterit.

2.09 Restat declarare secundum, scilicet quod huiusmodi esse id est actuale non possit esse demonstrationis alicuius medium. Ad cuius evidentiam sciendum, quod illa duo genera accidentium superius nominata, scilicet accidentia per se et accidentia per accidens, non aequae directe respiciunt utrumque esse. Nam accidentia per se directe respiciunt esse essentiae; nam cum ab essentia sumatur ratio speciei et accidentia per se sunt accidentia sequentia speciem, secundum quod dicit Philosophus in libro Topicorum, ‘per se speciei insunt, per speciem individuo’, huiusmodi accidentia per se et directe ipsum

the *dictum* of those who say that it is sufficient that the middle differs from an attribute or from the extreme of the major and that it is not necessary that it differs from the subject or <the extreme> of the minor is false. For if this were true, it would not be necessary that the conclusion differs from each of the premises, which is not only contrary to demonstration, but is contrary to syllogisms generally.

Therefore since the definition of the subject does not differ at all from the subject, in such a demonstration where actual being is concluded in some way through the being of the essence or through the being of the quiddity, one begs the question according to the truth of the thing, on account of which one falls short of a true demonstration.

And because it is clear that actual being has to be concluded through the being of the essence, the first <claim> that was set down about actual being has been shown, namely, that it will be able to be concluded through demonstration.

It remains to make clear the second <claim>, namely, that being of this sort, that is, actual being, cannot be the middle of some demonstration. For evidence of this, it must be known that those two kinds of accidents named earlier, namely, accidents *per se* and accidents *per accidens*, do not directly concern each being equally. For accidents *per se* directly concern the being of the essence; for since the account of a species is taken up from the essence, and accidents *per se* are accidents following a species, on account of which Aristotle says in the book on the Topics, “they are in a species *per se*, in an individual through the

esse essentiae respiciunt. Accidentia autem per accidens modo converso ipsum esse actuale directe respiciunt magis quam esse essentiae. Nam ista accidentia dicuntur accidentia individui et per individua dicuntur inesse speciebus. Et ideo si aliquod respiciunt, respicient illud esse quod suppositum addit supra naturam, quod esse nec est natura nec pars naturae, sed solum a natura progrediens. Quia igitur esse actuale est tale esse, ad esse actuale respiciunt directius accidentia per accidens quam accidentia per se. Et ideo si esse actuale posset esse medium in demonstratione, esset medium ad demonstrandum accidentia per accidens. Et quia accidentia talia omnino demonstratione carent, nullius demonstrationis erit medium esse actuale.

- 2.10 Praetera: Esse actuale non est quoddam completum in genere, quia nec quantitas nec qualitas. Reducitur tamen aliquo modo ad genus substantiae. Quod autem est incomplete in genere non debet esse medium ad ostendum quod habet esse completum in genere.

species,” accidents of this sort concern directly and *per se* the being of the essence. Yet accidents *per accidens* in a converse way directly concern actual being more so that the being of the essence. For those accidents are called accidents of individuals and are said to be in species through individuals. And therefore if they concern something, they will concern that being which is a supposit added on top of nature, which being is neither a nature nor a part of nature, but only <being> proceeding from a nature. Therefore because actual being is such being, accidents *per accidens* more directly concern actual being than accidents *per se*. And therefore if actual being can be a middle in a demonstration, it would be a middle for demonstrating accidents *per accidens*. And because such accidents are separated from demonstration entirely, actual being will be the middle of no demonstration. Therefore since the definition of the subject is not simpliciter different from the subject, in such a demonstration, where through the being of the essence or through the quiddity actual being is concluded in some way, according to the truth of the thing one begs the question, on account of which it falls short of true demonstration.

Furthermore, actual being is not a certain thing complete in genus, because neither quantity nor quality <is a certain thing complete in genus>. Yet in some way it is traced back to the genus of substance. Yet that which is incomplete in genus ought not to be a middle for showing those which have being complete in genus.

About the order of properties from the mode of abstraction

2.11 Viso quomodo natura accipitur in supposito et quomodo esse et quomodo demonstrationi sunt utilia, restat videre ordinem proprietatum adinvicem. Quo viso apparebit quod quaeritur. Et quia accidentia quae sequuntur ad naturam materiae sunt demonstrationi inutilia, ideo talium ordinem conspiciere ad id quod quaeritur esset supervacuum.

<De ordine proprietatum ex modo abstractionis>

2.12 Solum igitur restat videre ordinem proprietatum sequentium formam. Propter quod notandum quod huiusmodi proprietates duplicem habent ordinem; unum enim ordinem habent ex modo abstractionis, alium ex modo causalitatis. Primus ordo sic colligitur; nam in una et eadem re possumus invenire diversos modos abstractionis, quia licet unius rei una sit forma substantialis secundum rem, tamen ille forma considerata secundum esse magis et magis abstractum sortitur diversa vocabula. Propter quod tota linea praedicamentalis sumit originem. Nam sicut idem est vivere et esse et non differt nisi quia consideratus ille actus magis abstractus dicitur esse et minus abstractus dicitur vivere, ita eadem forma est per quam homo est ens, substantia et animal, et non differt nisi secundum esse magis abstractum et minus. Et ita patet quod non obstante quod una forma in re existit et unus actus primus, potest tamen res apprehendi sub esse magis abstracto et minus abstracto. Secundum quod consideratur res secundum tale vel tale esse consequuntur eam aliae et aliae proprietates. Nam

Seeing how nature is taken in supposit and how being <is taken> and how they are useful for demonstration, the order of properties, one after the other, remains to be seen. Having seen this, that which is inquired [i.e. what the middle in a demonstration is] will become clear. And because accidents which follow the nature of matter are not useful in demonstration, therefore it would be needless relative to that which is asked to see the order of such things.

<On the order of attributes from the mode of abstraction>

Therefore we only need to inquire into the order of properties following form. On account of which it must be noted that properties of this sort have two orders. For they have one order from the mode of abstraction, another from the mode of causality. The first order is collected in this way, for in one and the same thing we are able to discover diverse modes of abstraction, because although there is one substantial form of one thing according to <that> thing, yet that form considered according to greater and greater abstract being distributes diverse words, on account of which the entire line of predicaments takes up an origin. For just as it is the same thing to live and to be, and <such an act> does not differ unless because that act considered in a more abstract way is called life and in a less abstract way is called living, so too the form through which a human is being, substance and animal is the same, and it does not differ unless according to being more and less abstract. And so it seems that, while not denying that one form exists in a thing and one first act <exists in a thing>, still a thing can be apprehended under being more and less abstract. Given a thing considered according to being this or that, these

proprietates quae consequuntur hominem in eo quod homo sunt aliae a proprietatibus quae consequuntur ipsum in eo quod animal, licet per eandem formam realiter loquendo homo sit homo et animal. Et secundum id quendam ordinem in huiusmodi proprietatibus conspicimus, ita quod proprietates quae sumuntur a re secundum esse summe abstractum, ut secundum quod in ea reperitur entitas et reperiuntur differentiae entis, sunt aliae a proprietatibus quae reperiuntur in re secundum esse minus abstractum. Et sicut omnia reducuntur ad ens et ad differentias entis, haec autem in alia non ulterius ordinantur, ita proprietates quae sumuntur ex ente et differentiis entis sunt illae ad quas aliae proprietates reducuntur. Et propter hoc propositiones formatae ex subiecto et ex huiusmodi proprietatibus universalibus sunt illae quae regulant propositiones alias. Et quia quae regulant alias dicuntur dignitates et communes animi conceptiones, ideo dignitates et communes animi conceptiones sunt ea quae ab ente et eius differentiis sumpserunt originem. Et ideo ‘de quolibet est verum esse vel non esse’, vel ‘de quolibet affirmatio vel negatio vera’ quod idem est, quia ex ipso ente sumit originem, dignitas appellatur. Et quia totum et aequale et huiusmodi reducuntur ad differentias entis, unde probat Philosophus quod spectat ad metaphysicum determinare propositiones quae ab hiis sumunt originem, etiam dignitates dicuntur. Et ideo ‘omne totum est maius sua parte’, ‘si ab aequalibus aequalia demas, etc.’, ‘quaecumque uni et eidem sunt aequalia, etc.’ etiam dignitates dicuntur.

properties and those properties follow it. For properties which follow a human insofar as she is human are distinct from properties which follow her insofar as she is an animal, although, speaking of a human, she is really a human and an animal through the same form. And on account of this we glimpse a certain order in the properties of this sort, so that the properties which are taken up from a thing according to its most abstract being, as on account of which being³ is discovered in it and the *differentiae* of being are discovered are different from the properties which are discovered in a thing according to being abstracted to a lesser degree. And just as all things are traced back to being and the *differentiae* of being, yet these are not moreover ordered in another, so the properties which are taken up from being and from the *differentiae* of being are those which are traced back to those other properties. And, on account of these properties, formed out of a subject and out of universal properties of this sort are those which regulate other propositions. And because those which regulate others are called axioms and common conceptions of the soul, therefore axioms and common conceptions of the soul are those which take their origin from being and from its *differentiae*. And therefore because ‘about everything it is true that it is or that it is not’ or ‘about everything <there is> a true affirmation or negation’ (which are the same) takes its origin from being itself, it is called an axiom. And because the whole and the equal and similar sorts of things are traced back to the *differentiae* of being, Aristotle proves that it is left to the metaphysician to determine the propositions which take their origin from these, propositions which are also called axioms. And therefore ‘every whole is greater than its part,’ ‘if from

³ *entitas*. Previous uses of being have been the infinitive ‘to be’. The point is, I take it, to discuss being in its most abstract form, that is, being as it transcends the Aristotelian categories.

equals, equals are removed, etc.’, ‘whatever are equal to one and the same, etc.’ are also called axioms.

2.13 Advertendum tamen quod in istis dignitatibus et quidam ordo. Nam sicut omnes differentiae entis reducuntur ad ens et in entitate fundantur, ita dignitates quae sumuntur ex differentiis entis roborantur per dignitatem quae ex ipso ente sumit originem. Et ideo dicit Commentator et Avicenna, quod omnes communes animi conceptiones per illud principium ‘de quolibet affirmatio vel negatio vera’ roborantur. Nam ut dictum est hoc principium ex ipso ente sumitur, alia vero ex differentiis entis.

Yet we must draw attention to the fact that in those axioms there is a certain order. For just as all the *differentiae* of being are traced back to being and are founded in being, so too axioms which are taken up from the *differentiae* of being are strengthened through an axiom which takes its origin from being itself. And therefore Averroes and Avicenna say that all general conceptions of the soul are strengthened through that principle ‘about everything a true affirmation or negation’. For, as was said, this principle is taken up from being itself, yet others <are taken up> from the *differentiae* of being.

2.14 Istae autem omnes dignitates numquam demonstrationem ingredientur, vel haberent rationem conclusi vel rationem concludentis et principii.

Yet all those axioms are never present in a demonstration according to its own substance [i.e. the substance of a demonstration]. For if you concede that they are present, either they have the character of a conclusion or <they have> the character of the principles, that is, those which do the concluding.

2.15 Quod autem istae dignitates numquam per demonstrationem concludantur patet, quia demonstratio est ex primis et veris et causis conclusionis, et ideo oportet praemissas priores esse conclusionibus, cum causa naturaliter sit prior causato. Cum igitur dignitates nullas priores ipsis recognoscant, numquam per alias inferuntur.

Yet it is clear that those axioms are never concluded through demonstration, because demonstration is from <those which are> primary and true and the causes of the conclusion, and therefore it is necessary that the premises are prior to the conclusion, since a cause is naturally prior to that which is caused. Therefore, since no axioms call to mind things prior to them, they are never inferred through others.

- 2.16 Alia ratione ad hoc idem potest esse, quia scientiae particulares, quorum proprie est demonstrare, supra totalitatem conclusorum se extendunt. Sed cum nulla scientia particularis se extendat ad hoc quod ambiat aliquam istarum dignitatum, immo quaelibet earum partem convenientem sibi et proportionalem de istis dignitatibus accipit, ut vult Philosophis IV Metaphysicae et in libro Posteriorum, ideo istae dignitates numquam per demonstrationem concluduntur.
- 2.17 Quod autem non possint ingredi demonstrationem ut medium vel ut concludentes, patet quia quod sic demonstrationi ingreditur oportet esse proportionale conclusioni, ita quod ad unam conclusionem sit tantum unum medium. Sed istae dignitates possunt in conclusiones multas; non ergo intrabunt demonstrationem secundum substantiam, cum talia solum in unam conclusionem possint.
- 2.18 Praeterea: Sicut ars particularis, cuius directe est demonstrare prout de demonstratione hic loquimur, se extendit supra totum conclusum, ita se extendit supra totas praemissas, quae secundum substantiam demonstrationem ingrediuntur. Sed supra totas huiusmodi propositiones nulla ars particularis se extendit, immo ut dictum est de eis partem proportionalem accipit. Ergo etc.
- 2.19 Et quia istae propositiones secundum substantiam demonstrationem non ingrediuntur, quaelibet tamen propositionem demonstrationem ingredientium per has
- There can be another account for the same conclusion, because particular sciences, of which demonstration is proper, extend themselves above the totality of <their> conclusions. But since no particular science extends itself to this extent, that it encircles some axiom of these - indeed it takes from those axioms which part <is> fitting and proportional to it, as Aristotle intends in the fourth book of the Metaphysics and in the book of the Posterior Analytics - therefore those axioms are never concluded through demonstration.
- Yet it is clear that they could not be present in a demonstration as middles or those which do the concluding, because that which is present in a demonstration needs to be proportional to the conclusion, so that to one conclusion there is only one middle. But those axioms are in many conclusions. Therefore they will not enter into a demonstration according to the substance <of that demonstration>, since such things can only be in one conclusion.
- Furthermore, just as a particular art <...> extends itself above every conclusion, so it extends itself above all the premises which come into demonstration according to substance. But above all the propositions of this sort no particular art extends itself - indeed, as was said, it takes a propositional part from them. Therefore, etc.
- And because those propositions are not present according to the substance of demonstration, yet each of the propositions present in a demonstration receives strength, both in itself

robur accipit et in se et in comparatione ad conclusionem. Quia igitur per has demonstratio aliquam virtutem recipit dicuntur virtualiter ingredi demonstrationem.

<De ordine proprietatum ratione causalitatis>

2.20 Viso igitur quomodo proprietates habent ordinem ratione abstractionis, ex quo ordine apparuit quomodo accipiuntur dignitates quae demonstrationem non ingrediuntur secundum substantiam, restat videre quomodo accipitur in proprietatibus ordo ratione causalitas. Quo viso apparebit, qualiter aliquae proprietates in demonstratione concluduntur et aliquae sunt medium concludendi.

2.21 Propter quod notandum quod cum natura sit determinata ad unum, quod ab una natura ut a una forma secundum unum genus abstractionis immediate non procedit nisi una proprietas sive una passio. Nam licet a forma hominis possit procedere diversae proprietates accepta ut dat esse hominem et ut dat esse animal, quia per idem est homo homo et animal, considerata tamen ista forma ut dat esse hominem et non secundum esse magis abstractum consequitur eam una sola proprietas immediate, et mediante illa proprietate fluit alia. Et ideo dicere possumus quod in qualibet abstractione invenitur unum immediatum proprium, ut hominem consequitur una proprietas immediata et animal alia et ita ascendendo. Apparet igitur quod inter huiusmodi proprietates se secundum ordinem causalitatis

and in comparison to the conclusion, through them. Therefore they are said to be virtually present in a demonstration, because a demonstration receives some force through them.

<On the order of attributes by reason of causality>

Therefore having seen how properties have an order by the character of abstraction, from which order it became clear how axioms are taken up <in a demonstration> which are not present in a demonstration according to the substance <of demonstration>, it remains to be seen how order within properties is taken up given the character of causality. Having seen how, it will be clear how some properties are concluded in a demonstration and how some are the middle for concluding.

